

in Ostrowe et preterea dimidius mansus, Sakkestorph dimidius mansus, Bauendorph
 ix mansi et dimidius, Ochmaristorp iii mansi, Maselwice unus mansus, Podelwice unus
 mansus, Ride v mansi, Nebose v mansi, Storcowe duo mansi, Trogowice vi mansi, Uvelte-
 wice x mansi, Gurdunewice x mansi, Grabowice ix mansi, Milnewice ix mansi, Uvelsice
 ix mansi, Sordowice vii mansi. Silva quoque Scoldoch et silva Uvelsice, preter hæc silva 5
 Scowice, quam ego dedi in recompensatione x talentorum, quæ ab aeclesia mutuo ac-
 ceperam. Catowe iii mansi, Grogere xii mansi cum omnibus utilitatibus, quos dilecta
 coniunx mea Luchardis a quodam Germaro comparatos beato Petro obtulit, Salzamunde
 xiii mansi, Vdene vi mansi, Tsitenice unus mansus, Bucedale v, Bisinstide iii mansi a
 libero quodam Tsazone oblatis. In Lubechune capella et xxvi mansi cum parte nemoris 10
 adjacentis et vinea iuxta eandem capellam. Hi autem mansi his in locis siti sunt, Vbese
 ix mansi et dimidius, Boun vi mansi et dimidius, Rodenice v, Pellice ii et in ipsa villa
 Lubechune iii mansi, Tsempendorph iii, Predele ii, Cebrece unus, Cozle dimidius mansus,
 Lectewice unus, Duculwice unus mansus et in latere ipsius montis silva versus orientem.
 Hoc quoque sciendum et diligenti memoriæ commendandum, quia hæc omnia, quæ pre- 15
 scripta sunt, tam per manum propriam, quam per manum filiorum meorum marchionis
 Ottonis, marchionis Theoderici, comitis Heinrici, comitis Dedonis et Friderici prefatæ
 aeclesie sub hac libertate sunt collata, ut nullus deinceps aliquo gravamine exactionis
 vel petitionis, cuiuslibet servitii vel operis has beati Petri possessiones et possessionum
 cultores infestare presumat. Huius rei gratia hanc prefatam aeclesiam eiusdemque 20
 aeclesie caros confratres meos in manus carorum filiorum meorum attentius commendo
 intentissime rogans et obsecrans, ut quemadmodum ego meis diebus eos in gremio piæ
 mansuetudinis et fidelis sollicitudinis fovere non destiti, ita quoque filii mei intuitu maternæ
 et paternæ dilectionis ob amorem divinæ retributionis benigno et clementi patrocinio locum
 ipsum gubernare et strennue defensare contendant, in quo videlicet in lateribus patris sui 25
 et matris suæ usque in diem resurrectionis nobiscum sunt dormituri et beatæ immortalitatis
 stolam pro misericordia, quam modo Christi fidelibus inpenderint, accepturi. Hoc quoque
 indissolubili perpetuitatis lege filiis meis et eorum legitimis heredibus servandum instituo,
 ut, quicumque principalis advocatus huius aeclesie fuerit, nulli umquam hominum ad-
 vocatiam in ius beneficiale concedat. Ut igitur hæc omnia rata et inconcussa persistent, 30
 presenti scripto et sigilli mei impressione confirmavi et auctoritate domini mei venerabilis
 archiepiscopi Magdeburgensis Uvichmanni karissimi nepotis mei sub interpositione anathe-
 matis communiri impetravi. Testes quoque, qui hæc viderunt et audierunt, subscribi feci.
 Gerunchus Misnensis episcopus. Didricus eiusdem aeclesie prepositus. Hermannus de-
 canus. Herebortus prepositus. Anshelmus custos et totus clerus eiusdem aeclesie. 35
 Nobiles. Hermannus comes urbis Misnensis. Pribezlau eiusdem urbis advocatus. Tid-
 ricus castellanus de Budesin. Heinricus castellanus de Donin. Heinricus castellanus de
 Chotibuz et alii plurimi liberi et ministeriales, qui presentes affuerunt eo die, quando in
 Misne arma deposui. Postmodum vero in die sancti Andree, quando me ipsum vivam deo
 hostiam in Sereno Monte offerens per manum filiorum meorum hæc omnia fideliter con- 40
 summavi, hii presentes affuerunt. Uvichmannus dominus meus venerabilis Magdeburgensis